

exhibito coram iudice Potestatis calumnia iuramento, citari fecit Abbatem, quod coram illo subiret l simile iurandum...

NOTÆ.

1 a Episcopo. Ita etiam legitur in quinta compilatione, sub hoc tit. c. 5. Henrico videlicet a Frata, qui ex canonico Sancti Victoris, Clero suffraganeo in Prelatum Bononiensem...

8 Responsa. Quod bella, quæ inter Philippum, Othonem, & Fredericum in tota fere Italia gerebantur, libertas Ecclesiastica valde negligebatur; unde palam ecclesiasticæ personæ coram secularibus iudicibus conveniebantur...

k Abbatem. Ecclesiasticus quando teneatur iurare de calumnia, exponemus in cap. final. de iuramento calumnia. 1 Subiurra simile. In pluribus peccavit syndicus in presentibus...

COMMENTARIUM.

EX hoc textu deducunt Garcia de nobilit. gloss. 1. nu. 27. Cevallos de cognis. per suam viol. 2. p. 9. 65. n. 7. Paz de tenore c. 12. n. 78. plures congeiit a Carlevallo de iudicis...

tor, tamen alio modo presentem Honorii decisionem exponendam esse iamdi existimabam: autem ego in presentibus specie utriusque causæ continentiam divisam non fuisse...

ab Honorio III. Comparaverunt autem Monachi coram Potestate Florentina, tam in iudicio possessorio, quam petitorio...

TITULUS II

De foro competenti.

CAPUT PRIMUM.

Ex Concilio a Chalcedon.

SI quis clericus adversus clericum b negotium habeat, non deferat Episcopum proprium, sed prius apud ipsum actio ventiletur, vel c de consilio eiusdem apud d alios, quos utraque pars voluerit, iudicium obtinebunt.

NOTÆ.

Chalcedon. Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. c. 1. Chalcedonia civitas est Bithynia, vulgo Chalcedonia dicta, teste Strabone l. 12. Quantum ad honorem in hoc Concilio Chalcedon. Metropolis facta fuit, ut refert Berterius...

Glossam omnes antiquiores in presenti. Vivianus, Canisius, Balboa, & Fermoianus referunt; sed Guajacius in presenti, laicos subiungit, supponitque olim licuisse esse consensu Episcopi iudicem...

COMMENTARIUM.

EX hoc canone 9. Concilii Chalcedon. deducunt post antiquiores Vega, Balboa, Garanna, & Fermoianus, primam instantiam in causis clericorum, ad proprium Episcopum pertinere, qui jurisdictionem ordinariam in eos exercet...

CAPUT II.

Ex Concilio a Parisiensi.

Nullus iudicium, neque presbyterum, neque diaconum, aut clericum ullum, aut b juniores Ecclesiæ, sine scientia c Pont. per se distringat, aut condemnare presumat. Qui si fecerit, ab d Ecclesia, cui injuriam irrogare dignoscitur, tamdiu sit sequestratus, quousque reatum suum cognoscatur, e & emendet.

NOTÆ.

Parisienf. Textus iste tribuitur Concilio Parisiensi a Burcardo l. 6. Doctri. c. 12. in prima collectione, sub hoc tit. c. 3. sed sub nomine Palez refertur a Gratiano in c. 2. 11. qu. 1. reperitur autem in capitularibus Caroli, & Ludovici l. 6. c. 44. in hac verba: "Ut nullus iudicem, neque Presbyterum, neque Diaconum, neque reliquos clericos, vel juniores Ecclesiæ sine licentia proprii Episcopi per se distringat, aut condemnare presumat. Quod si fecerit, tamdiu communione privetur, quousque reatum suum agnovit, & per satisfactionem emendet Ecclesiæ, quod commisit." Verba etiam in presenti transcripta reperuntur in Concilio Parisiensi 5. can. 15. quod extat in 14. can. Regia edit. fol. 409. Concilium hoc Parisiense indictum fuit anno 614. a Cleario II. Rege, cum post Theodeberti, & Theodorici mortem in illorum regna successisset. Septuaginta novem Episcopi in eo interfuerunt, ideoque Synodus generalis appellatur in Concilio Rhemenf. can. 3. ubi notatur Simundus in dist. Concilio Parisi.

ordinibus constitutus, qui opponunt senioribus; ratione honoris, & precellentioris gradus ita appellatis: Carolus, & Ludovicus l. 1. capitul. cap. 167. ibi: Ut primo omnium seniorum senescentis de obsequio caveant. Et corum junioribus exemplum bonum sobrietatis ostendant. Et l. 6. c. 63. de vulgari populo, & senescentisque suis junioribus distringat, ut melius obediunt mandatis Imperialibus. Synodus Matifcon. 2. can. 7. & 9. Gregor. Turon. l. 5. histor. c. 26. A junioribus Ecclesiæ iusti annos exigunt, pro eo quod in exercitum non ambularent; illi sanguinem Ecclesiæ deputari debebant in conclavi civis Ecclesiæ. Et c. 1. 12. qu. 1. Et clerici appellentur in Concilio Valent. Gallie, canon. 12. ibi: Presbyteri, qui athenasani regunt Ecclesiæ, non a quibuslibet Episcopis, sed a suo, & neque per juniorem clericum, sed per senescentis. Dicuntur juvenes in l. 10. Cod. Theodof. de Episcopis & Clericis, ubi notavit Gothofredus. Plura notarunt de his junioribus Bignonius ad Marculsum l. 2. Freder. Lindenbrog. in glossar. legum antiq. verbo Juniores; & nos dicemus in c. 1. de censibus. c Parisienf. Panormitanus in presenti, n. 12. & Balboa c. 20. existimantur, nomen Pontificis hic stare proprie & stricto pro R. Pontifice, unde deducunt, & licentia tantum Romani Pontificis clericum posse privilegio fori renuntiare. Sed hæc sententia aperte convincitur ex dicto capitul. 44. Caro.

Caroli, ubi dum refertur hic textus, legitur de licentia proprii Episcopi, & si adhuc retineatur nomen Pontificis, pro Episcopo accipi potest: quia novum non est in iure hoc, ut Episcopi Pontifices appellentur, ut probavit in c. 1. de postul. Alio etiam modo ipse Balboa ubi proxime, n. 9. accipit, & interpretatur hunc canonem; ait enim in eo non permissi iudicibus secularibus esse licentia Episcopi clericos iudicare, sed tantum distinguere, quod permittit Episcopi laici facere possunt, c. ut fam. de sent. excom. Sed hoc sententia refertur verbo illo sequenti, condemnare; quod iudicialiter procedere significat; & ex illis verbis legis 11. titulo 1. l. 3. legum longobard. de clericis ad publicam vel seculari iudicia vocantur, vel distinguantur. Quare his sententiis omisit, existimo textum esse referendum ad ea tempora, quibus in aliquibus provinciis iudices seculares ex licentia proprii Episcopi de causis clericorum cognoscerebant, ut iam probavi in c. clericis, de iudicis, & docet Cujacius in c. 1. hoc tit. quo modo accipiendus est canon 20. Concilii Aureliani, ibi: " Ut nullus secularium personarum, praetermissio Pontifice, seu Praeposito Ecclesiae, quemquam clericorum pro sua potestate confringere, vel discutere audeat, vel damnare; sed & clericus, si pro causa ad petitionem casualum fuerit ab ecclesiastico ordinatore communis, et ad audiendum spondeat ad iudicium,

& respondere nulla calliditate dissimulet. Et statim: Sane si causam habeantibus placuerit ire ad iudicium fore, ex voluntate communi, permittente Praeposito Ecclesiae, clericali licentia tribuatur. d' Ecclesia.) Non accipias in praesenti Ecclesiam pro materiali edificio, sed pro fidelium societate, & communione; nam excommunicati Ecclesiam ingredi possunt, & privatim orare, dum divina officia non celebrant. Covarr. in c. alima, 1. p. 3. n. 7. Hugolinus tituli 2. c. 8. §. 2. Cibalin. de censur. dist. quib. 7. q. 5. consil. 6. Quare praedicationi verbi Dei adesse possunt. Lantmeier, l. 2. de recerit. mon. c. 68. Ferrarius de iur. consil. l. 2. c. 12. Ad Ecclesiam, tanquam ad asylum, confugere valent. Covar. l. 2. cor. c. 2. n. 12. Sayrus l. 2. ibid. iuri. c. 10. n. 19. & olim usque ad Misiam catechumenorum admittebantur, tuncque ad Officiarios ab Ecclesia eiecientur, ut probant Gabriel Albalpini l. 2. obser. c. 2. Vicecomes de ritibus Misae, l. 2. cap. 2. unde dum in praesenti docetur, excommunicationem esse sequestratam ab Ecclesia, id ita exaudiendum est, ut excommunicatus privatus sit communione Ecclesiae, & societate fidelium, in cap. 1. 15. dist. 11. cap. qui merito, 11. questio. 3. docet Cibalinus ubi supra pagin. 241. e Emenes.) Et fuerit abolutus, iuxta tradita in cap. ex litteris, de consil.

C A P U T III.

Ex Concilio a Africano.

Sane si Episcopi, inter quos causa versatur, sint diversarum provinciarum, ille Primas det & iudices, in cuius provincia est locus, de quo contenditur; si autem ex communi placito vicinos iudices elegerint, aut unus eligatur, aut tres; vel si tres elegerint, aut omnium sententiam sequantur, aut duorum.

N O T E.

a Africano.) Ita legitur in prima collectione, sub hoc tit. c. 4. & integrum eius historiam retuli in c. 1. de arbitris, ubi probavi, in praesenti canone agi de iudicibus clericis, & clericis, qui in Ecclesia Africana valde usitabantur; qui licet ordinarii jurisdictionem obtinerent, tamen ex consensu partium eligebantur, ut in d. c. 1. retuli. b Illo Primas.) Haec verba de Primas proprie, & stricte sumpto, qui Metropolitanus praesertim, c. clericus 11. q. 1. de quo egi in c. canon. de in integrum restit. accipiunt antiquiores in praesenti; Caesare de iur. disp. 4. §. 4. n. 4. & disp. 5. §. 2. n. 8. sicutque Primatum officium esse iudices dare, iuxta Iulium q. 2. c. 4. relatum in c. iudicibus 4. 11. q. 1. quem ita accipit Franc. Hallierius de iur. iuris. l. 4. §. 13. licet aliter cum exponat Basilius de iur. iuris. l. 9. c. 12. §. non. nom. 12. Sed hoc sententiam defendi potest, si in praesenti canone ageretur de causa inter Archiepiscopos discutenda, quorum iudex proprius, ordinariusque est Primas, d. c. 1. clericus. Conc. Brachar. l. can. 6. Item placuit, ut conservato Metropolitanorum Episcopi Primatus, caeteri Episcoporum secundum sua ordinatiois tempus, alius alii sedendi desererent locum, Martin. Brachar. in sua collect. c. 4. Per singulas Provincias oportet Episcopos cognoscere Primatum Metropolitanorum Episcopi, & ipsum Primatum curam suscipere. Huiusmodi Primatum unius dumtaxat Provinciae Theodor. Balsam. ad can. 9. Concil. Chalced. vocat Primatem Provinciae: distinguunt eum a Primatate habente Primatum super varias Provincias, quem vocat Primatem dioeceseos. Probat Basilius qu. 3. expositio, Floracuntius 3. de Trinit. c. 1. p. 3. ad 4. Theophilus 1. 8. de Primatu Lugdun. c. 1. §. 1. Caesar d. disp. 4. §. 2. Sed cum sit inter Episcopos tractatur, necessario Metropolitanus adendus erat, qui est iudex proprius Episcoporum, c. 11. §. 2. 9. q. 3. c. 1. §. 2. 99. dist. 11. Caes. d. disp. 5. §. 2. Non possunt praedicta verba accipi stricte de Primatate, c. clericus 21. consil. Archiepiscopus, 21. dist. 11. c. expositus, de dilationibus, ubi Abbas notabili. 2. Acuna de Primatu Ecclesiae Brachar. c. 1. M. A. Capella de appellat. Ecclesiae Afric. c. 4. Unde sensus huius canonis iuxta ipsos est, ut si duo Episcopi diversarum Provinciarum contendat de aliquo loco, unoquoque suum esse afferente, huius controversiae dirimenda causa ille Metropolitanus det iudices in cuius Provincia est locus, de quo contenditur, ita doceatur Balsam. ad hunc canonem, Cujacius in pref. Sed textus hic accipiendus est iuxta morem Ecclesiae Africanae, ubi Primatum appellatone illi Episcopi significantur, qui sunt prima Sedis Episcopi, ut in can. 19. collectionis Afric. ibi: Quibus Episcoporum accusatur, ad Primatem Provinciae ipsius causam deferat accusator. Et in canon. 28. de appellatione clericorum statuitur, ut procedant ad Primates suarum Provinciarum. Sed magnum discrimen observandum est inter Primates Africanos, & ceteros. Prima etenim Sedes in aliis Provinciis affixa est civitati Metropoli, id est quae mater urbium habetur in regimine civili: in Africa vero, qui ex Episcopis ordinatiois tempore ceteros collegas suos antebat, Primas nuncupabatur, seu prima Sedes Episcoporum. Itaque licet ex sex Provinciis, ex quibus Africanae dioecesis constabat, duae Mauritaniae, Numidiae, Byzaccena, & Tripolitana, sua quaque Metropoli in ordine Imperii non careret; prima tamen sedes ecclesiastica non erat illis addita, sed Episcopum seniores sequebatur: unde in can. 86. ejusdem collectionis prima felix Numidiae aperte distinguitur a Con-

stantiana Metropoli ejusdem Provinciae: orta enim questio, ne inter Episcopos, quo in loco tabulae ecclesiasticae, seu regulae Provinciae servarentur, constitutum fuit, ut in urbe Metropoli conderentur, fortassis ut prima sedis Episcopoparata esset ad manum, ne hac in parte a Metropoleo Episcopo penderet. Verba canonis sunt: Deinde placuit omnibus Episcopis, qui in hoc Concilio subscripserant, ut Mauritania, & archiepiscopi Numidia, & apud primam sedem sit, & in Metropoli, id est Constantia. Tantum Carthagenensis civitas ex splendore fargebat, ut illius Episcopos, Primas esset Provincialis provinciae, imo & caput reliquarum quinque provinciarum, quas proxime enumeravi. Non moror in proponendo speciali illo Africanae Metropoli usi, qui Brimatum provinciae, non civitatis, sed personae dicitur; id enim facile constat discouti Africanae Concilii, necnon expressis variis locis Augustini, Gregorii I. & Leodis IX. ut iam fecerunt eruditissimi viri; iuxta quem speciale usum accipiendus est Primas in praesenti, ut sensus canonis fit, quod si inter Episcopos diversarum provinciarum sit super certo loco versetur, Primas ille det iudices, qui antiquior Episcopus est, & per consequens Primas Provinciae illius, in qua locus est, de quo sit veritur. c Deo Judicis.) Sed quare ipse de causa non cognoscit, cum Prator tunc iudices dare solet, cum ob omnia negotia per se cognoscere non valet, l. cum Prator 12. de iudic. 4. Covar. dist. 4. §. 1. m. 7. existimat Primatum in praesenti in secunda instantia cognoscere, quia ad ipsum facti provocatum: & ideo posse iudices dare, non vero cogi per se de causa cognoscere. Sed huc difficultati facile satisfaciemus, si animadvertamus, iudices electos & electios, de quibus in praesenti agi iam probavi in c. 1. de arbitris, institutos, & inventos fuisse in Provincia Africana, ut praecederet via appellationibus transmarinis; in quibus prosequendis valde molesti erant Africani; unde Archiepiscopos per se non cognoscere; quia ab eis sententia facile appellatio interponebatur: sed iudices dedit ex consensu partium, a quibus non licebat appellare, c. a iudicibus 2. q. 6.

COMMENTARIUM.

Hucusque egimus de vera interpretatione praesentis canonis, iuxta mores speciales Primatum, & iudicum ecclesiarum Ecclesiae Africanae; sed cum communiter repetentes in praesenti canonem hunc accipiant in distincte de omnibus iudicibus ordinariis, sequentem communi calculo deducunt assertionem: Ratione rei, de qua agitur, sortitur quis forum, & ubi ipsa existit, reus conveniri valet. Probat eam textus in leg. ante. C. ubi de possessione, leg. ante. C. ubi de hereditat. leg. ante. C. ubi in rem actio, l. ante. C. de fideicom. perit. leg. hares 19. §. 1. §. 2. l. quod legatur 38. ff. de iudicis, c. experientia 15. 11. q. 1. c. ex parte, cap. final. hoc tit. cap. dist. 29. de respectibus, l. si res 10. cum sequenti, ff. de rei vind. leg. 32. tit. 2. p. 3. leg. 2. tit. 1. l. 2. fori. Illustrant hanc assertionem ultra congestos a Vega, Balboa, Garanna & Pernofo in praesenti, Cujacius hic, P. Gregor. lib. 5. par. tit. 1. cap. 6. Donellus l. 17. comment. cap. 17. per tot. Arnold. Vinnius l. 1. select. cap. 18. Vulteius in d. l. 2. Cod. de iurisdic. leg. ante. Cod. ubi in rem actio, P. Barbosa in dist. leg. hares 19. §. 1. & in d. leg. quod legatur, plures congesti ab Antonio Aug. Barbosa in d. l. ult. C. ubi in rem actio, Carleval. de iudicis, 1. 2. disp. 2. qu. 3. Huanius in encyclop. p. 2. tit. 35. c. 4.

4 Conclusio traditur, & probatur.

Tit. II. De Foro competenti.

5 Sed haec communis assertio difficilis redditur sequenti consideratione; nam in praesenti potius ille Primas iudices dare debebat, in cuius provincia reus domicilius, seu Cathedrali habebat, quia foras domicili praecipuus est; & principaliter in iudicio tractandus: adeo ut in consensu aliorum iudicum, ratione contractus, delicti, vel rei sitae, reus conveniri debeat coram iudice domicili, ut probavi videri in cap. dilectus, al. 2. de respectibus, l. ult. C. ubi in rem actio, ubi ex sententia Glasse, quam omnes sequuntur, deducitur, reum actionem realem in loco domicili, quasi in principali foro conveniri debere; & minus principaliter permitti, ut in loco rei sitae conveniatur: igitur in praesenti specie non Primas ille, ubi res in controversiam delicta existeret, sed Primas ille, in cuius provincia reus Cathedrali obtinebat, iudices dare debebat.

6 Haec dubitatio ratione minime obstant, vera est praefata assertio, pro cuius expositione primo sciendum est, quemadmodum per personam, ita etiam per loca distincta, diversaliter fuisse jurisdictionem, ne aliquoturbarentur, & ad invicem impedirentur; unde territorio adherere jurisdictionem iustitiam affirmat in l. ult. C. ubi ex apud quem, ubi notant Bartolus, & Baldus, P. Gregorius l. 47. synagoga, c. 21. n. 33. ubi plures laudat Oualdas iur. C. quibus addere licet Fabram, Cujacium, & Goveanum in l. ult. ff. de iurisd. Revardam l. 3. consil. c. 10. Covar. pract. c. 10. m. 7. Suarez de consensu disp. 21. §. 1. m. 9. Hinc extra territorium imponi non potest jus dicens Paulus existimat in l. ult. ff. de iurisd. & Praesidem Provinciae tantum in sua Provincia officio imperium habere affirmat idem Paulus in l. 3. de offic. Praefici: & Provinculam in ea tantum Provincia, quae illi decreta est jurisdictionem exercere posse, idem affirmat in lib. 2. consil. potestatem ff. de offic. Praefici: & Duumvir impune non licet extollere falciam potestatem extra metas territorii propriae civitatis, Honorius, & Theodosius statuerunt in l. Duumvirum 53. C. de decur. l. 10. faciunt etiam textus in l. ultra 10. l. ex. 16. C. Theod. de accus. l. cum unus, §. 11. ff. de bonis auctoris, l. 1. §. in initio, in fine ff. de offic. Praefici. ubi. Similiter in Republica, & politica ecclesiastica, cum inter Archiepiscopos, & Episcopos dioeceseos delicta essent, itaut utriusque provinciam territorium quam jurisdictionem assignatum esset, c. praecipuum 16. q. 1. c. licet, §. hoc, c. cum inter memoratos, c. dilectio, 16. q. 3. c. pastoralis, de respectibus, c. penult. de offic. legati, c. ut litigantes de offic. Ordin. ut rebus ovium cure incumberet, ut ait Anacletus in c. in novo, 21. dist. constitutum est, ne quis Archiepiscopus in Provincia aliena, & ne quis Episcopus in aliena dioecesi jurisdictionem exerceret: aut aliquam parochiam, nisi in eius territorio forum sortitur, condemnare, aut abolvere praesentat, cap. nullus 9. q. 2. c. Episcopum, c. Episcopi, c. non licet 7. q. 1. cap. si quis Episcopus 11. q. 3. c. novus, de offic. Legati, c. 2. de consil. l. 6. dicemus late in c. nullus, de parochiis.

7 Nota quid.

Secundo sciendum est, forum dictum esse a fando, iuxta illorum relationem in eorum, de re, vel a Foroone Rege, ut illud valent, sed nequam etymologiam admittunt Potteus l. 3. hist. fori Rom. c. 1. §. 2. Aelianus l. 3. dist. c. 19. qui alias derivationes adducit, quibus nunc omittis, illud competum esse, forum significare locum, ubi ordine sunt, Aelius qui in foro 6. ff. de praesurat. l. semper, consil. licet, ff. de iur. iuramentis, l. iur. 83. §. sacrum, ff. de verb. obl. Inde fortassis dictus, quia in eorum locum merces effructur, vel quia foras ibi exportantur. Aelianus ubi proximo; & quia in eorum fodem ubi res venduntur exonerantur; Gentilis sic dicebat, ut ex Catoe, & Plutarcho probantur Cironius ad hunc rit. Potteus d. cap. 1. P. Gregorius l. 1. de re, c. 16. ideo licet potest in ballicis, tribunibus, & aliis locis, imo Episcopi in Ecclesiis suis dicere, tamen locus ille foris appellatur, l. mori 9. §. non nunquam ff. de panti, l. si fideiussor, ff. qui scilicet, cap. l. cum clericis, C. de Episc. & Cleric. Et alii congesti a Verrucio, Hawthornio, Brissonio, & Galvino de v. J. verbo Forus. Unde forum sortiri, pro conventione in certo loco ponitur: & de foro esse, id est, de jurisdictione, vulgo dicitur; unde etiam forenses causae, quae in iudicio tractantur; forenses homines, qui in foris versantur, & eas pertractant, vulgo dicuntur, ut probat Bosquetas ad Innocentium l. 2. epist. 105. Forum ita acceptum pro loco ubi quis conveniendus est, & ad iudicium trahi valet, quis sortitur pluribus modis: quatuordecim refert Alfonso nother in l. 32. tit. 2. parit. 3. quinquagesimum & novem congerit Marianus Socinus in hoc rubric, de foro compet. Sed omnes illi, si recte perpendantur, ad frequentia capita contrari possunt. Primo sortitur quis forum ratione domicili: secundo ratione originis, tertio ratione rei sitae: quarto ratione contractus; quinto ratione successione; sexto ratione privilegii; septimo ratione delicti; octavo ratione prorogationis: doctae, & fule praeterantur Donellus l. 17. com. c. 15. cum sequentibus, P. Barbosa in l. breves ab fieri ff. de iudic. Vulteius in l. 2. ff. finalis Cod. de foro compet. Carleval. l. 2. de iudic. titulo 1. dist. 2. per tot. Covarr. pract. qu. 10. §. 11. P. Gregor. lib. 5. parit. tit. 1. c. 6. Hunnius in encyclop. par. 1. tit. 9. Zangerus par. 2. de excep. c. 1. per totum. Inter eos enumeratur forum ratione rei sitae, quia videlicet ubi res reperitur, et in iudicium delicta est, potest quis conveniri; & coram iudice, in cuius territorio res exat, l. ult. Cod. ubi in rem actio: quam partem variis ampliationibus, & limitationibus illustrant Oualdas in dist.

8 Tralitur ratio, ecci dendi.

9 Dubitari dubitandi ratio.

4. 17. Donelli, Carleval. d. disp. 2. q. 3. Vulteius in d. leg. al. sum. Balboa, Vega, & Pernofo in pref. Quibus ita animadvertis, ratio praesentis assertionis ex eo procedit, cum sine de possessione, sive de proprietate rei agatur, praecipuus forus est ubi res exat, tam propter qualitatem actionis realis, quae cum principaliter respicit rem, quae vindicatur, §. omnium, iustitiae actoribus, unde hoc respectu eidem rei adherere dicitur, veluti cum ipso contextatam habens, l. non solus, 24. §. final. ff. de iur. leg. hares. Cod. de longi tempore praesertim, inde proprio potest coram iudice, sub cuius jurisdictione res ipsa iacet. Accedit, quia plerumque in ipso litis exordio necessarius est rei exhibitio, item limites ipsius probari debent, & tandem post sententiam, ut executioni mandetur, res ipsa gradanda est; quae omnia recte peragentur, si actio realis intendatur, tam coram iudice, in cuius territorio res adest, quam alibi, arguendo textus in c. quodam 7. de prescript. c. cura tenentium 17. de appell. Recte ergo in praesenti docetur, ratione rei possessorum conveniendum esse coram eo iudice, in cuius territorio res sita est; quam rationem illustrant Balboa, Vega, & Garanna & Pernofo in pref. quae ratio cum aequo procedat, si ve res immobilis, sive mobilis petatur, dicendum est, possidentem rem mobilem etiam conveniri posse, ubi res ipsa adest, ut cavetur in lib. 4. styli. & contra Accursium ibi defendit Paz. 2. 5.

Nec obstat dubitatio supra adducta, pro cuius solutione acriter disputant Interpretes, an actor possit conveniri in loco domicili, aut reus tantum respondere teneatur in loco rei sitae? Et aliqui relati a Treutacino in l. 2. praesertim, tit. de actionibus, resol. 4. n. 10. Donello d. l. 17. q. 17. nervefe defendunt, in actione reali, ubi de re agitur, tantum in loco rei sitae possessorem conveniendum esse. Adducunt pro sua sententia textum in leg. fin. Cod. ubi in rem actio, in illis verbis: Actor rei forus, sive in rem, sive in personam fit actio, sequitur. Et l. ante. C. ubi de possessione, ibi: Sed in loci, in quibus res constituta sunt, iudicium in rem actionem adversus possidentem moveri. Et quod legatur 18. ff. de iudicis: ubi si autem per in rem actionem legatur possessor, actio non perit debet, ubi est. Contrariam sententiam videlicet rei possessorem conveniri posse, non solum ubi res adest, verum in loco domicili, teneant Vulteius in l. 1. c. ff. Cod. ubi in rem actio. Arnold. Vinnius l. 1. select. cap. 18. quod Interpretum dissidium agatur momentaneo processu, qui extraordinarius est, veluti in casu legis ff. coloni 14. Cod. de agricolis, l. 11. vel simili, iudex rei adendus est, eo quod processus ille momentaneus ob id instituitur, ne partes ad arma deveniant; quod contingere solet in ipso loco ubi res, de cuius possessione contenditur, sita est: sed si ordinario processu de possessione agatur, actor electionem habet, utro in loco ream convenire velit, videlicet in loco domicili, aut rei sitae, d. l. ult. C. ubi in rem. Idem dicendum est in controversiis, quae de proprietate rei emergunt, in arbitrio enim petitoris est actionem movere in loco domicili possessoris, vel in loco ubi res, de quibus contenditur constituta sunt, l. si res mobilis, cum leg. ff. de rei vind. d. ante. C. ubi de heredi. Nec contrarium probat textus supra pro contraria sententia adducti. Non textus in d. 1. m. C. ubi in rem, quem cavillatione exa pendit Donell. ubi supra, videlicet, quod Imperatores ibi non simpliciter permittant actionem in rem moveri, ubi res constituta est: sed moveri jubent, quibus verbis illis necessarium ibi agendi imponant. Sed si hoc tantum iudicent Imperatores, recte ageretur Donellus. sed cum ipso sitante, duo statuantur, primum, a iudice rei forum legi debere; quacunque actione experitur, sive in rem, sive in personam, atque per huiusmodi forum, eodem quoque cessante, non aliud intelligi possit, quam quod reus sortitur ratione domicili, deinde si in rem agatur, etiam ibi, ubi res constituta est, agi iubeat, in versiculo: Sed in loci, recte deducitur, duo diversa loca ab Imperatoribus assignari, quibus in rem actio moveri queat, & forum possessor fortitur: unum locum domicili, quasi communem omnium actionum; & locum rei sitae, ut proprium actionum in rem. Nec pro contraria sententia facit textus in dist. leg. ante. Cod. ubi de possess. cui recte vulgo respondetur, loqui Imperatores ibi de foro proprio, & specialiter, ac proinde per legem illam non excludi forum commune omnium actionum, in quo conflitet quisque conveniri potest quacunque ex causa, quale tribuit locus domicili, leg. 2. Cod. de iurisdic. Sic in leg. ante. Cod. de iudicium, perit, dicitur fideicommissum ibi petendum esse, ubi hereditas relicta est, non quod alio loco non possit, sed quia eo loco conventus exceptionem fori actori opponere non possit, leg. si fideicom. 56. §. ultim. cum leg. sequenti ff. de iudic. Nec tandem Donello facit textus in d. l. quod legatur 18. quem variis modis accipit Accursius ibi, Duarenus ad tit. de iud. cap. de foro comp. Hothornianus l. 2. obs. cap. 7. Vulteius in d. l. iurisco, Cod. ubi fideicom. perit. Quibus omissis placet nunc sententiam VIII. d. cap. 18. qui textum illum accipit specialiter in re legata, eo quod legatario sufficere crederet, si heres, & quo legati praestandi necessitas non cepit, eo in loco ubi res est, offerat solutionem de qua, seu rei legata praestatio. Jurisdictionem agit; unde recte deducit Vinnius, Jurisdictionem in illis verbis, Etiam ibi peti debet ubi res est, vim & effectum solutionis recipere, quia si alibi petatur heres tamen ubi res est, cum solvere valet.

CAPUT IV.

a Gregorius Bonifacio Defensori Corsica.

Experientia tua non sine culpa est, quod b Aleriam, atque c Adjacium civitates d Corsica diu sine Episcopis esse cognoscens...

NOTAE.

Gregorius Magnus videlicet, in cujus registro epistoliarum, lib. 9. indit. 4. epistol. 74. reperitur verba hac a Raymundo transcripta, ex qua epistola restituenta est integra hujus textus...

nibus praescripta est, videlicet quod intendens reculare iudicem ecclesiasticum ut suspectum, debet coram eo proponere reculationis causas...

CAPUT V.

Alexander a III.

Si clericus laicum de rebus suis, vel Ecclesiae b impetierit, & laicus res ipsas, non Ecclesiae esse, aut clerici sed suas proprias c asseverat...

NOTAE.

Alex. III. In prima collectione, sub hoc tit. c. 7. legitur, Ideo: pars capituli tunc alius post Conc. Later. p. 8. r. 7. habetur, Idem Bononiensis Episcopus...

quirit absurdum, in iure non admittatur, l. conventuola 15. Cod. de Episc. & cleric. l. 2. de condit. inst. cap. a nobis 28. §. nec oblat, de sentent. excom. & in present sequatur, siquidem actor debet sequi forum rei...

CAPUT VI.

a Idem.

EX transmissa nobis insinuatione B. C. & Vtr. Militum Ecclesiae tuae, intelleximus quod cum R. b de Casaville eos super quadam possessione coram c Trecenti Episcopo traxisset in causam...

NOTAE.

Dem. Ita etiam legitur in secunda collectione, sub hoc tit. cap. 2. non expresso iudice, cui missa sit hoc epistola...

veram hujus textus interpretationem adduxi in cap. ceterum, de iudic. c. Trecenti. De Trecenti Ecclesia jam nonnulla notavi in cap. 8. de constit. d. De Campis. De Campis, emendat Bosquetus ad Innoc. lib. 2. regestr. 14. epist. 127. c. Dominum feudi. Juxta adducta in c. ceterum, de iudic. ex cujus commentario petenda sunt, quae huc spectant...

CAPUT VII.

a Idem.

Verum quoniam de quibusdam feudis adversus Praepositum quaestio mota fuit, statuimus, ut ex quo Episcopus fuerit consecratus, de feudis ipsis sub suo iudicio cognoscatur...

NOTAE.

Dem. Nec ex hac, nec ex secunda compilatione, ubi sub hoc tit. cap. 6. referuntur hac decisio, liquet Praelatus...

cui missa sit: tantum ex prioribus verbis hujus textus constat, in praesenti referri fragmentum cujusdam decretalis. Textum hunc exposui in c. nosti 9. de elect.

CAPUT VIII.

a Lucius III.

Um sit generale, ut actor forum rei b sequatur, convenientius est, ut apud iudices saeculares raptores prius conveniantur; sed si iustitiam exhibere contempserint, aut iudices ex quacunque causa fuerint negligentes...

NOTAE.

Lucius III. Nec ex hac collectione, nec ex secunda, ubi sub hoc tit. cap. 4. reperitur textus iste; constat Praelatus, cui missa sit praesens decisio; in utroque tamen collectione tribuitur Lucio III. de quo aliqua notavi in cap. ad viros, de tempor. ordin. b Sequatur, l. 2. §. 1. in criminali, c. de jurisd. l. ult. c. ubi in rem actus, l. 4. c. Theodof. de jurisd. cap. nomen 3. que 2. Hadrianus Pontifex in epist. ad Episcopos Mediomat. c. 2. r. 10. c. etiam si clericus laicum conveniat, c. si quisque 16. q. 1. c. si quis clericus 5. hoc tit. l. 2. c. de jurisd. l. 3. c. ubi in rem actio, l. 3. r. 2. p. 3. l. 8. r. 3. lib. 4. recap. pluribus relatis, & ampliationibus, atque limitationibus adductis illustrant Donellus lib. 17. comment. c. 12. Barb. in axiom. verbo Actor, Linglois ad 50. dec. 13. q. 6. Valenzuela consil. 38. n. fin. Vela eo. 2. diff. 40. nu. 4. cui juris utriusque principio opponi solent textus in c. constitutus, de in integr. restitut. cujus interpretationem in ejus notis adduxi: & textus in c. exposita 11. de arbitris, cui varias solutiones assignat Abbas ibi, n. 2.

hac dubitandi ratio ex eo, nam raptor, seu detentor rerum Ecclesiae sacrilegium committit, ut in praesenti docetur, & infra illustrabimus: sed sacrilegium est mihi dari crimen, l. si quis hoc 10. Cod. de Episc. & cleric. Probant Div Joannes Vela de delictis c. 30. Marcha de jurisd. 2. p. c. 27. n. 14. Cabal. resol. crimin. casu 194. n. 9. D. Joseph Vela in c. 1. de offic. ordin. 1. p. n. 54. Ideoque in eo, tamquam in alio delicto missi fore, preventivus locus est, ut monui in c. 1. de offic. ordin. Igitur si in praesenti specie iudex saecularis cepit cognoscere de sacrilegii crimine, ut supponitur in illis verbis, sunt remissi, non recte Lucius III. affirmat adhuc iudicem Ecclesiasticum posse contra haesitiosos detentores procedere. Qua difficultate minime refragante, vera est Lucii III. decisio, pro cujus expositione sciendum est inter alias sacrilegii species, quas prosecuantur ultra supra laudatos, Suarez de rebus, c. 1. lib. 3. c. 3. Azor. p. 1. instr. moral. lib. 9. cap. 27. Jul. Clarus §. sacrilegium Boffius in praxi, titul. de sacrilegio, Peguera in praxi, cap. 14. Salcedo etiam in praxi, c. 37. Cantera quest. crimin. c. 8. n. 16. alii Criminaliter congesti a Vela in d. cap. 1. num. 54. & cap. 30. Pichardus in manducati, ad praxim crimin. tit. 5. Beyerlinch tom. 7. in theatro, verbo Sac. criminum, Borelli to. 2. decis. tit. 7. de sacrilegio, Cajacius lib. 13. observ. cap. 19. Petrus Gregorius lib. 33. synag. c. 14. eam praecipuam esse, quae committitur in ablatione, seu expolatione rei sacrae, auferendo sacrum de sacro, vel non sacrum de sacro, cap. quisque, c. sacrilegium, 17. q. 4. ut describitur Jurisconsulti in l. 4. §. 1. l. sacrilegii 9. §. 1. l. 11. §. 1. ff. ad l. Jul. pecul. docent Aur. Matthaeus to. 2. de crimin. ad l. Jul. pecul. cap. 3. quod delictum utroque iure vindicatur, & iure Caesareo, speciali lege, videlicet lege Julia peculatus, & de sacrilegii, qua ex primo capite ille tenebatur, qui publica sacra, privataque, idest Lares, Penates, ut exponit Bassilius lib. 1. de matrimo. cap. 2. expulset, seu auferret, l. lege 4. l. sacrilegii 9. §. 1. Digestis ad leg. Jul. pecul. five pecuniam sacram, seu publicam furripisset, d. l. lege 4. §. 4. cui opponi solent textus in l. lege 9. ff. ad leg. Corn. de falsis, leg. defensionis 7. C. de iure fisci, l. 2. Cod. de quibus causis instans, l. fin. de servis fugitivis: quod & ad pecuniam civitatis surreptam constitutionibus Trajani, & Hadriani prorogatum fuit, d. l. lege 4. §. 1. sed et si 8. pro cujus conciliatione cum lege ob pecuniam 81. Digestis de furtis, videndi sunt Duarenus lib. 2. disp. c. 26. Petrus Faber lib. 1. semestr. c. 23. Fornerius lib. 2. select. c. 22. Valentia lib. 1. illustr. r. 2. c. 5. n. 16. Amaya lib. 3. observ. c. 7. n. 20. D. Josephus de Retes lib. 1. epist. c. 15. Circa causam vero ablate rei non sacrae a loco sacro non consentiant...

COMMENTARIUM.

EX hac Lucii decretali communiter DD. sequentem deducunt assertionem: "Raptores, seu detentores rerum Ecclesiasticarum, coram utroque iudice, tam Ecclesiastico, quam saeculari, conveniri possunt." Probant eam textus in cap. nulli 3. cum sequentibus, 17. q. 2. c. conquisitio, hoc tit. c. 2. de priv. c. relatum, §. fin. de jurapat. c. ad nostram, de rebus Eccl. c. fin. de rebus, spol. Trid. sess. 22. de reform. c. 11. Constan. lex 10. tit. 18. p. 3. Illustrant plures congesti a Balboa, Vega, & Fermoio in praesenti, Barbosa in collect. §. soluti, ad hunc textum, quibus addendi sunt Duarenus de iudic. cap. de foro compet. Petrey de manu Regia, p. 2. c. 27. Routsel. lib. 6. histor. Pontif. jurisdic. cap. 2. D. Joseph Vela in cap. 1. de offic. Ordin. 1. p. n. 54. P. Gregorius 3. p. synag. lib. 33. c. 14. n. 7. Carleval de iudicis, lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 4. Quae assertio impugnari potest sequenti consideratione, nam vulgaris regula quae in praesenti adducitur, videlicet actorem forum rei sequi debere, locum habet non solum in causis civilibus, d. l. 2. C. de jurisdic. c. si clericus 5. hoc tit. sed etiam in criminalibus, l. actor, C. ubi in rem, l. in criminali, C. de jurisdic. itaue actor teneatur sequi forum accusati. Igitur raptor, seu detentor rerum Ecclesiasticarum coram proprio iudice, non vero coram Ecclesiastico esse conveniendus, Augestur D. D. Genzal, in Decretali. Tom II.

Conclusio probatur.

Traditur ratio decem.

Doctores: negant sacrilegium committi Sotus lib. 5. de justis, quest. 3. art. 1. Pagandez in Ecclia. prescrip. lib. 4. quest. 4. num. 9. Henrici. lib. 2. summo, c. 6. num. 5. list. N. Diana 1. part. tract. 7. rel. 27. Affirmat Suarez tract. 3. de reg. lib. 3. cap. 5. num. 7. Bicioia tom. 1. succof. lib. 20. cap. 26. Rebel. p. 1. de justis. lib. 3. qu. 15. num. 25. Sed rectius distinguit Theophilus Raynaud. tom. 12. tract. mala e bonis Ecclia. dum ait, quod si talis res loci facti tutelae fit concessita, sacrilegium committitur, fecus vero si non est ex ea causa in loco sacro deposita. Circa poenam sacrilegii sciendum est, olim fuisse aquae & ignis interdictionem, postea extra omnem sacrilegium vindictam fuisse, ex lege 4. §. mandatis, probat Ant. Matthaeus ubi supra, c. 4. plerumque capitalis poena imponitur, lege si quis 10. Cod. de Episc. Ep. Cler. lege aut facta 16. §. locus, ff. de panis, l. sacrilegus, in primo. ff. ad leg. Jul. pecun. D. Thomas 2. 2. quest. 99. art. 4. lege 18. in 14. par. 7. veluti si res fit magni valoris, Menochius de arbit. caso 289. ut de cruce argentea resolvent Gomez 3. p. var. c. 5. Jul. Clarus lib. 5. sent. §. sacrilegium, Peguera in praxis, cap. 25. Fari-nac. de furis, qu. 172. n. 35. Borellus lib. 7. qui reletit quodam fures crucis argenteae, & alios palles alians fuisse lura suspensos. Jure etiam Pontificio in hujusmodi sacrilegionibus variis sunt statuta poenae, ut constat ex cap. sacrilegium 5. c. si quis delincentis 12. 17. q. 4. c. si quis Episcopus 27. qu. 2. & alius consensibus ab Ant. Auguili. in epis. lib. 29. tit. 34. in 2. Quibus animadversis facile cognoscitur ratio praesentis de- cisionis; nam si juxta juris intrinsecae regulas sacrilegium committitur, quous non factum de sacro auferatur, aut res religiosa detinetur, qui bona Ecclesiae, alimonie ministrorum, & pauperum, cultusque Ecclesiae deputata improbo animo occupata, atque detinet, sacrilegium proculdubio com- mittit, ut Lucius in praesenti docet: & cum hoc delictum inhihendum fit, atque vindictam, tam legis Ecclesiasticae, quam secularibus, ab utroque iudice, tam laico, quam Ec- clesiastico pariri valet; tamquam delictum missi fori, cuius cognitio aequae principaliter competit iudici seculari, & Ec- clesiastico, cap. praesentis, hoc tit. cap. fallit, vers. per hoc de panis lib. 6. n. Lucius III. hoc noviter statuit, sed jam factus introductum in favorem Ecclesiae (ut ipse fatetur) de- crevit, antea enim idem sanxerunt Gregorius Magnus in c. 2. de privi. Bonificus, Pius, Anacleus, & Urbanus in cap. nulli, cap. praesentis, cap. qui abhulerit, 11. quest. 1. cap. attenden- dum, cap. sacrilegionis, 17. quest. 4. Licet enim secundum jus antiqui rigorem laici rem Ecclesiasticam invadentes coram seculari iudice essent conveniendi, quia stricte hac de- tentio pro sacrilegio non habebatur, unde jura in quibus de hoc delicto agitur, utuntur verbis improprietate, & si- militudinem denotantibus d. c. praesentis, ubi: *Un sacrilegus judi- catur; c. convulsus, hoc tit. ubi: Tamquam sacrilegus; Lucius in hoc tit. ubi: Sacrilegus sunt censendi;* tamen cum in favorem Ecclesiae fit receptum, ut hujusmodi detentores & invadores pro sacrilegis habeantur, necessario juxta juris regulas deducitur, eos tam a seculari iudice, quam Ecclesiastico esse ple- tendos, & in ejus delicti cognitione praeventioni locum esse, nisi iudex secularis negligens sit in ejus punitione; quia cum iudex Ecclesiasticus possit supplere negligentiam secularis, c. qualiter 17. ubi probavi de iudiciis, eo negligente in vindicta hujus delicti, potest Ecclesiasticus in hujusmodi invadentes animadvertere. Illustrat aliorum sententias referens, & refellit A. Barbosa in c. 2. de privi.

Nec dubitandi ratio supra adducta obstat, procedit enim principium ibi expensum in delictis ordinariis, non vero in delictis missi fori; in his enim actor non tenetur sequi forum rei accusati, sed coram iudice Ecclesiastico, vel seculari potest eam regulare, quia coram utroque sortitus est forum ratione delicti. Duarenus d. cap. ... de foro comper. unde cum in favorem Ecclesiae receptum sit; ut invalos, seu detentores rerum Ecclesiae, sacrilegos iudicetur, potest coram utroque iudice, tam Ecclesiastico, quam seculari conveniri. Nam argumentum dubitandi rationis refragatur; fatetur enim sacrilegium esse delictum missi fori, in eoque praeventioni locum esse; sed si iudex secularis, qui coepit de eo cogno- scere, negligens sit in ejus vindicta, iudex Ecclesiasticus qui

supplet ipsius negligentiam, de eo cognoscere valet, ex d. c. qualiter 17. de iudiciis.

Ex supra traditis accipit lucem textus in c. ad astra 11. de rebus Ecclia. non alien. ubi cum Monasterium Tufense villam feudali titulo in alienum alienaret, postea enormiter se lesam fuisse contra ipsam laicum coram R. Pontifice proposuit, qui causam certis iudicibus delegatis commisit, ut si conlatare ipsam monasterium enormiter lesam fuisse, ad possessionem praedictae villae restituerent. Qui textus difficultis valde videtur, juxta axiomam in principio villae res erat, quomodo non conventur coram iudice seculari, sed prius coram Ecclesiastico. Cujus difficultatis solutio provenit ex supra traditis pro ratione decidendi; nam cum in ea specie monasterium ceter lesum, & laicus in ejus praedictum feudum detineret, itaque in integrum restitutionem monasterio laico competeret, ad restitutionem contractus recte coram iudice Ecclesiastico, non vero coram seculari conveniri laicus: unde deducunt Covar. lib. 1. var. cap. 4. num. 2. Guttier. lib. 1. canonie, cap. 24. num. 10. Caldas Pereyra in l. si curatorem, verbo implorandum, n. 27. C. de in integr. restit. Diana p. 1. rel. tract. 2. rel. 81. quod quous Ecclesia laica intendit restitutionem, etiam, debet petere in integrum restitutionem coram iudice Ec- clesiastico, qui agit aduersus detentorem rerum laicarum.

Deinde superiori assertioni obstat textus in c. reatum, de transpac. ubi proponitur, in Anglia corruptelam invaluisset, itaque laici frequenter Ecclesiae propriis possessionibus spoliantur, ut sic Ecclesiasticas personas coram seculari iudice compellerent litigare. Consultus Alexander III. decrevit, ut id de cetero sub interminatione anathematis prohiberetur. Ex quo textu aperte liquet, invalores, & detentores rerum Ecclesiasticarum coram iudice seculari debere conveniri, si quidem ea spoliatione, & invasione utebantur laici Anglicani, ut facerent Ecclesiasticas personas coram secularibus iudicibus litigare. Igitur quia invalores rerum Ecclesiasticarum non possunt coram iudice Ecclesiastico conveniri. Sed huic difficultati etiam ex supra traditis respondendum est, ideo enim jubet Alex- and. III. hujusmodi invalores excommunicationis macrae ferri, quia per talem spoliationem, seu invasione sacrilegium incurrit, unde aduersus eos tanquam sacrilegos iudex Ecclesiasticus procedere valet, & loquitur Pontifex ante praesentem constitutionem.

Rarus aduersus praesenti assertioni textus in c. si quis contra 4. hoc tit. ubi deciditur, quod si Ecclesia de rebus laicis intendat actionem in rem, laicus autem rem propriam esse asseveret, coram iudice seculari est conveniendus, nisi aliter consensuendum introducat. Ex quo textu facile deducitur, invalores, seu detentores rerum Ecclesiasticarum, non posse coram Ecclesiastico iudice conveniri. Cui difficultati respondendum est afferendo, in eo textu non agi de violento possessore rerum Ecclesiae, sed de possidente rem Ecclesiae ut suam, & propriam, abique ulla invasione, sed cum titulo, & bona fide; qui cum sacrilegium, aut violentiam in eo perpetraverit, ideo coram Ecclesiastico iudice conveniri non potest, sed tantum coram seculari, ex illa sepius inculcata regula: *Actor forum rei sequi debet.*

Ex supra dictis, & praesenti decisione aliqui ita accipiunt textum in c. 2. de ordi. cognit. ubi Abbas de Reventino questione proponit coram Innoc. III. coram quo conquerebatur de quibaldam nobilibus, qui monasterium suum propriis rebus spoliantes, atque alia damna in ipsius possessionibus dede- rant. Innocentius causam committit certis iudicibus, ut de praedicta spoliatione cognoscerent. Omnes repetentes, Prima- riique nostri difficultatem agnoverunt, quomodo videlicet nobiles, cum rei in iudicio essent, coram Ecclesiastico iudice, non vero coram seculari conveniri poterunt? Siquidem juxta hujus textus principium actor debet sequi forum rei. O- missis aliis solutioibus, Balboa, Garaña, & alij ab eis re- lati affirmant, nobiles in ea specie tanquam invadores rerum monasterii coram Ecclesiastico iudice conveniri potuisse ex hujus textus decisione. Sed licet hac solutio defendi possit, vera ejus textus interpretatio ex cognitione Provincia ubi casus contigit, provenit, quam in ejus notis illustrabimus.

CAPUT IX.

a Celestinus III.

Quod clericis. Et infra: Nullus Episcoporum, vel clericorum ad iudicia secularia est b trahendus, habent enim illi iudices suos, nec quidquam est eis publicis commune cum legibus. c Bonificus vero Papa, & c. Gelasius, & alij plures antecessorum nostrorum antiquioribus c Concilii consonantes, sicut bene patet veris utriusque juris peritis, id ipsum in sacris constitutionibus ediderunt. Hac igitur ratione inducti per Ap. scripta mandamus, quatenus si quas causas f. facultates clericis g Parisii commemorantes habuerint contra b aliquos, vel aliqui contra eos, appellatione remota, iure canonico decidatis, nec permittatis iuri scripto consuetudinem prevalere.

NOTAE.

¹ a Celestinus.) Non constat ex hac collectione, nec ex se- cunda, ubi sub hoc tit. c. 5. reperitur hic textus, de Praetato, cui rescriptum Celestinus III. Existimo tamen sup- plementum esse inscriptionem ita: *Celestinus III. Parisiensis Episcopus,* cum enim agatur in hoc textu de causis clericorum Pa- risiis commemorantibus; necessario de Episcopo Parisiensi acci-

piendus est, eorum iudice ordinario. De Ecclesia Parisiensi aliqua notavi in c. In de rescriptis. ^b Trabantus.) Juxta adducta in c. eorum de iudic. c Bonificus.) Relatus in capite nullus 8. 11. q. 1. d Gelasius.) Compilatus in c. Christianus 12. 11. q. 1. e Concilii.) De quibus in causa 11. q. 1. Eaque juxta se- riem temporum rescript Coriolanus in breviario, anno. f Saularis.) In sexta collectione legitur, *penitentiarum;* ex utro-

utroque autem verbo constat, Celestinum agere non de perso- nis Clericorum, sed de eorum causis.

g Parisii.) Inde deducit Anguanius lib. 2. de legibus, cap. 17. n. 104. praesentem constitutionem esse localem, quod no- vum non est in iure; plerumque enim in iure interlatur leges certis tantum locis rogata, cap. 1. de loco, cap. super, de privi. l. 1. §. ult. ff. de censibus, & aliis.

h Contra aliquos.) Hac verba merito difficulta sunt juris Interpretibus; nam si actor sequitur forum rei, juxta adduc- ta superiori commentario, necessario causa terminari debet iuxta leges peculiares illius tribunalis, ubi convenitur. Ac- cedit, nam qui ratione contractus sortitur secundum leges illius loci, & temporis, quo contractus celebratus est, leg. si fundus ff. de evict. l. 2. ff. quemad. testam. Si autem actione reali conveniatur, secundum leges rei sita causa decidenda est, l. an in totum, Cod. de adsc. privat. est ratione delicti, vel quasi quos plectendus fit, l. 2. Authent. quis in Provincia, C. ubi de crimin. quia forum sortitur juxta leges proprias ip- sius: igitur clerici Parisii commemorantes, laicoique convenien- tes ob causam sacram, uti debent legibus secularibus pro- priis, aut publicis civitatis Parisiensis. Agnoverunt difficul- tatem post Glossam omnes repetentes in praesenti, qui com- muniter affirmant, in terra Ecclesiae, ubi Ecclesia iurisdictio- nem temporalem exercet, causas etiam saeculares esse deciden- das iuxta functiones canonicas. Glossa ultima in c. 2. de de- licti. quer. verbo Lex Burg. de Paz in l. 2. Tauri, Covarr. pro- fite, c. 4. n. 2. Unde cum Episcopus Parisiensis iurisdictionem temporalem exerat in civitate Parisiensi; ideo causas cle- ricorum in ea commemorantibus debere terminari juxta sacros

canones. Lucius III. in praesenti decrevit: Sed haec solutio sustineri non potest; convincitur enim primo ex c. Super Spe- cula 28. de privi. in illis verbis: *Et occurrit raro casus Ecclie- siasticus, que non possint ibi sacris canonibus exprimeri.* Ex quibus constat, in ipsa Parisiensi civitate Ecclesiasticas tantum causas sacris canonibus esse decedendas, cum saeculares, licet non legibus civilibus, que apud Francos in illa non erant, ut probat Giroussis in d. c. Super Specula, & lib. 5. observ. c. 6. 7. & 8. sed capitularibus propriis, lege Salica, & consuetudine apud eos recepta, essent terminanda; unde cum in praesenti textu agatur de causis saecularibus contra laicos agitis, non juxta canonicas functiones, sed potius juxta jus proprium Gallicanum erant decedenda. Hac igitur solutioe omitta, placet sententia Anguani, qui praesentem decisionem accipit non generaliter, sed tantum de clericis Parisiis commemoranti- bus studiorum causa, quorum negotia saecularia, seu pecuniaria, ut in hac sexta collectione legitur, five ipsi laicos conveniant, five ab eis conveniantur, a iudice Ecclesiastice, & juxta sacros canones erant terminanda; unde cum in hoc textu tantum privilegium locale clericis Parisiis com- munitur concedatur, non potest pro constitutione gene- rali accipi. Non novum est, ut scholasticis, five agen- tibus, five recipientibus, non coram iudice reorum, sed coram proprio iudice reos conveniant, & compareant, ut late probat noiter Elcobar de Pontif. & regia iuris, c. 24. cum sequentibus.

i Consecratione.) An Ecclesiastici liguatur consuetudinibus laicorum, & juxta eas causa Ecclesiasticae possint terminari, exposuit in c. Ecclesia, num. 11.

CAPUT X.

Innocentius III. a Vercellensi Episcopo.

Liect ex suscepto servitutis officio simus omnibus in iustitia b debitores, sic tamen in iure suo nos convenit qui- buldam providere, ne aliis e injuriam facere videamur (& quod ablit) inde sumatur materia scandalii, unde provida debet consideratione edari. Ex infamatione sane dil. f. d. Consulium, & c. Communis Vercellensis nos no- veris accepisse, quod cum de singulis questionibus, quae mota fuerint contra eos, coram Consulibus iustitiae, jux- ta consuetudinem approbatam; velint cuilibet conquereuti iustitiae plenitudinem exhibere, quidam laici, ut eorum iurisdictionem evadant, & fatigent, eos laboribus, & expensis, super rebus, quae iudicium Ecclesiasticum non con- tingunt, literas Apollolicas impetrant, & sic praeter iurisdictionem Consulium quam nervant, eos cogunt multipli- citer laborare. Volentes igitur sic eorum utilitati consulere, ne patiamur eorum iustitiam deperire, f. t. per Ap. f. m. quatenus si quando a laicis tales literas, super rebus praecipue, quae forum saeculare requirunt, a Sede Aposto- lica contingerit impetrari, sublato quicumque appellacionis obstaculo decernas auctoritate nostra inutiles, & inanes, dummodo dicti Consules, & Commune de se conquerentibus in iudicio saeculari exhibeant iustitiae complementum. Licet tamen ipsis qui cum eis taliter duxerint contendere, si se in aliquo senserint praegravari, ad tuam, sicut haecenus servatum est, vel ad nostram, si maluerint, audientiam appellare, hoc f. praesentem tempore, quo vacante g Imperio ad h. iudicium saecularem recurrere nequeant, qui a superioribus in sua iustitia opprimuntur. Si vero Consules Iustitiae tanquam merito suspecti fuerint; reculari, coram arbitris committitur electis de causa suspicionis agatur, quae si probata fuerit esse iusta, ad te, vel ad nos pro iustitia recuratur, sicut superius est expressum.

NOTAE.

¹ a Vercellensi.) Ita etiam habetur in tertia collectione, sub hoc tit. cap. 1. Vercellensis civitas, vulgo dicta *Vercel,* est in Liguria, in Provincia Mediolan. ut referunt Plinius lib. 5. hist. c. 19. Merulla in Gallia Cisalp. lib. 1. c. 3. habet Ecclesiam Cathedralem, cuius Episcopus Simeonis di- ctus subscripsit Concilio Aquilejensi, & Emiliano III. Syn- do Romano, sub Symmacho.

² b In iustitia debitores.) Cap. quia diversitatem 6. de concess. prob. Gratianus in §. 2. vers. Item Hieronymus; 25. quest. 2. Petr. Cluniac. lib. 3. epist. 4. ubi: *ad iustitiam sedem recurrat;* Gosford Abbas lib. 1. epist. 4. ubi: *ad suam matris vestra sancta Romana Ecclesia, monasterium iustitiae servitutes constituitus;* Carnot. epist. 46. 37. & 370.

³ c Visitante Imperio.) Tempore Innocentii III. Imperium vacante primo morte Alexii II. anno 1203. Pontificatus ip- sius anno 6. Secundo morte Baldvini, anno 1207. Inno- cent. VIII. Tertio morte Henrici, anno 1208. Innocent. IX. unde praesens textus referendus est ad unum ex praedictis tri- bus temporibus; & quia cum vacat Imperium, non eligitur Vicarius; sed R. Pontifex succedit in exercio iurisdictionis temporariae, ut retuli in c. venerabilis 34. de elec. ideo ad ip- sam super causa saeculari merito iure appellari poterat.

⁴ h Iudicium saecularem.) Certum est, consuetudine introducti posse, ut a iudice saeculari appelletur ad Episcopum, vel alium iudicem Ecclesiasticum, ut constat ex illis verbis hujus tex- tus, haecenus servatum; probant, & illustrant Anguanius lib. 3. de legibus, c. 24. Permosius in praesenti, quest. 13. i Suspecti fuerint reculari.) Quam praxim exposuit in c. sa- pientior, de offic. deleg.

pum, non posse appellari ad Rom. Pont. nisi in casu hujus textus, videlicet imperio vacante; & ita dictionem *praesentem*, hic accipi pro tantum, ut in cap. illud, 12. dist. cap. si quis Episcopus damnatus 11. q. 3. c. si presbyter 7. qu. 1. cap. per singular. 16. qu. 3. c. multatorem 27. quest. 2. & aliis consensibus a Barbosa de distion. verbo praesentem. Sed contrarium, imo eo etiam casu posse appellari ad Romanam Sedem, defendunt in praesenti Barrius num. 4. Cardinalis num. 1. Barbacia num. 3. quos sequitur Anguanius de legibus lib. 3. cap. 24. num. 32. nam sicut iure ordinario appellari potest omiso medio ad R. Pontificem, c. si duobus, de appellat. ita cum jure speciali virtute consuetudinis introductum est, ut ad Episcopum ap- pellari possit; recte eo omisso, ad Pontificem appellari va- let, ut defendunt Anguanius ubi supra, Balboa in d. c. si duo- bus, num. 12. Moneta de communi, c. 8. n. 30.

⁵ g Vacante Imperio.) Tempore Innocentii III. Imperium vacante primo morte Alexii II. anno 1203. Pontificatus ip- sius anno 6. Secundo morte Baldvini, anno 1207. Inno- cent. VIII. Tertio morte Henrici, anno 1208. Innocent. IX. unde praesens textus referendus est ad unum ex praedictis tri- bus temporibus; & quia cum vacat Imperium, non eligitur Vicarius; sed R. Pontifex succedit in exercio iurisdictionis temporariae, ut retuli in c. venerabilis 34. de elec. ideo ad ip- sam super causa saeculari merito iure appellari poterat.

⁶ h Iudicium saecularem.) Certum est, consuetudine introducti posse, ut a iudice saeculari appelletur ad Episcopum, vel alium iudicem Ecclesiasticum, ut constat ex illis verbis hujus tex- tus, haecenus servatum; probant, & illustrant Anguanius lib. 3. de legibus, c. 24. Permosius in praesenti, quest. 13. i Suspecti fuerint reculari.) Quam praxim exposuit in c. sa- pientior, de offic. deleg.

CAPUT XI.

a Idem Archiepiscopo, & b Thesaurario Turon.

Ex tenore litterarum Comitum & Britanniae est nostris auribus incitatum, quod cum causam quae inter mulierem nobilem E. & I. de Medua super hereditate nocitur agitari, vobis commissimus remittendam, ipse Comes ci- dem mulieri, cum tam ipsa, quam praedictus I. essent de foro ipsius, mandavit ut causam deferrent ad ipsum, pro-

pro-

promittens eidem quod faceret ei iustitiam plenitudinem exhiberi. Nobis nihilominus intimari procurans, quod in Curia sua debeat huiusmodi negotium terminari: & vos, & mulier supradicta, et nequaquam obtemperare volentes, fatigati in causa procedere, & sic sibi minus rationabiliter iurisdictionem auferre: unde nobis humiliter supplicavit, ut causam ipsam ad eum, ad quem specialiter pertinet, mittere dignemur. Nos igitur attendentes, quod sic summa & viduis in iustitia debitores, quod alius iniustitiam & facere non debemus: mandamus quatenus nisi fit talis causa, quae ad Ecclesiasticum iudicem pertinere noceatur, ei superferere curetis, dummodo per iudicem secularum suam iustitiam possit obtinere: alioquin non obstanti contradictione, causam ipsam ratione prava terminetis.

NOTA.

1 a (Rebiduano.) In tertia collectione, sub hoc tit. c. 2. legitur, idem Archiepiscopo, & B. Cellario Baron. & re. de, ut jam notavit Pontifex in presenti. De Archiepiscopi Turonensis dignitate plura notavi in c. 5. de temporibus ordinis. Causam huius textus refert Alceffera hic.
b (Thefaurarium.) Qui Cellarius dicitur in dicta tertia collectione, eius officium retuli in c. 1. de offic. cellarii. Illud in praesenti addendum, Thefaurarium in eis Ecclesiis, in quibus praerogativam obtinet in Choro, & Capitulo, obtinere dignitatem, etiam iurisdictionem non exercet, c. cum olim, de consuet. c. cum venisset, de inf. & ubi adest confuetudo, ut pro dignitate habeatur: unde plerumque legitur in iure, sine hoc volumine, Pontificem causas commississe Thefaurarii, ut Thefaurario Longinensi, in capite significavit, de concess. consue. Niverniensis, in c. cum olim Abbas, de offic. deleg. Thefaurarium Turonenfem qualemquam exercere iurisdictionem in Canonicis lae Ecclesiae, refert Chopinus de sacra polit. lib. 3. tit. 6. n. 21.
c (Comites Britanniae.) Britannia minor, delctis Ducibus Regulis, primo per Comites regebatur, postea per Duces cum clientela Regis, ut refert Aymonius lib. 1. de regis Franc. c. 20. & lib. 4. c. 78. & 89.
d (Viduis.) Cap. 2. c. 2. 87. dist. c. Regum 13. q. 5. Innoc. III. lib. 1. epist. 36. in illis verbis: Et specialiter viduis, & pupillis sumus in iustitia debitores. Et in Concilio Sardinensi jubetur Episcopis, ut viduis, & pupillis optulerent, & in formula ipsius directae contra Castidorum lib. 11. ita cavetur, Orphanis, viduisque contra totos imperis debent placita prestare solaria. Et Imperator Ludovicus Comes admonet lib. 2. capitul. c. 6. his verbis: Pupillorum vero, & viduarum, & ceterorum pauperum audire, & consensuere suis. Et lib. 2. c. 53. & lib. 4. c. 16. jubetur, ut viduam causae ante meridiem audiant, causae vero Regiae, & Potentum post meridiem. Cum enim viduae culibet despectui sint, majori indigent auxilio. Tertul. lib. 1. ad uxorem, ubi: "Nam de viduitate honoribus apud Dominum uno dictio eius per Prophetam expeditum, iuste facit viduae, & pupillo: Venite, disputemus dicit Dominus. Duo ista nomina in quantum despectui humano, in tantum divinae misericordiae exposita, suscipi tueri Pater omnium: vide, quam ex quo habeatur, qui viduae benefecerit, quanti est vidua ipsa, quod affertor Dominus dispensavit. Mentemur etiam est illud, cuius per Moslem Dominus comitatur Exodi c. 22. Viduae, & pupilli non nocentibus: si laeritis eos, vociferabatur ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, peccatiq; utamque vos gladio, & erant uxores vestrarum viduae, & filii vestri pupilli." Plura de viduarum commiseratione, & favore congerat Ludovicus Cretolus lib. 3. mystag. c. 47. Bigonius in notis ad Marculf. lib. 1. cap. 8. Mancianus lib. 2. de triplici iuris callat. c. 96. Valascus de privileg. pauper. p. 4. q. 3. Bened. Aegid. de privileg. honest. art. 5. Nathen. in iustitia vuluer. pag. 67, & Injustitiam facere.) Ut notavi in textu antecedenti.

COMMENTARIUM.

EX his duabus decisionibus sequens committere deducitur dispensanda assertio: "Laicus non potest contra laicum remanere in iustitia a Pontifice impetrare, nisi in defectum, seu negligentiam iudicis secularis." Probant eam textus in c. ex transmissio, cap. ex parte, hoc tit. c. ex litteris, de pignori. o. nuper, de donat. inter, & super quibusdam, §. ult. de u. s. cap. significavit, cap. 38. de offic. deleg. c. significavit, de offic. ordin. Aulicis, ut distinetur iudicium, §. si vero contigerit. Innocent. III. lib. 3. ep. 148. Consonat lex 10. tit. 1. lib. 4. recopit. Illustrat ultra coactos in praesenti a Barboia in collect. c. 10. 6. in specie, Balboa, Garana, & Fernosino, Boquetus in not. ad Innocent. disto lib. 3. ep. 148. Ant. August. in epist. lib. 14. tit. 13. Angujanus lib. 3. de leg. gibus, c. 23. Covarr. practica. c. 6. Barboia in l. 1. n. 26. ff. soluta matrim. Michael Roullet. lib. 6. hif. Pontif. iurisd. c. 1. num. 50. Velascus de privileg. pauper. p. 3. Carleval. lib. 1. de iuris. tom. 1. dist. 2. q. 6. sect. 7. Valenzuela consil. 150. no. 96. Adamus in c. licet, dist. 87. Gualdrinus de iuris. iurisd. lib. 6. cap. 6. Salozanus tom. 2. de iuris. iud. lib. 3. c. 7. num. 47.
Sed in casibus his duabus decisionibus comprehensit litteras iustitiae a Pontifice impetratas, etiam super causa temporali admitti debere, probant sequentes considerationes. Prima ex eo nascitur, nam certum est, in specie textus in cap. licet, vacante Imperio, cum litterae impetratae fassint, ut in eo notavi: sed vacante Imperio omnis iurisdictione tem-

4 Conclasio traditur, & probatur.

5 Improbatur hac assertio.

C A P U T XII.

Idem a Pisano Archiepiscopo.

SI diligenti meditatione. Et infra: Aseruisti te usque ad haec tempora tenuisse, quod licitum sit clericis renuntiare, saltem in temporalibus causis, iuri suo, & sibi laicum iudicem consignare, praesertim ubi adversarii voluntas accedit: ac temere iuramentum super hoc interpositum respondisti, immemor constitutionis illius, qua cavetur,

cur, pacto privatorum iuri publico minime derogari. Cum ergo ius hoc in Milevit. & Carthagenensi d. Conculis fit specialiter promulgatum, ne clerici clericos, relicto suo Pontifice, ad iudicia publica pertrahant, alioquin causam perdant, & a comunione habeantur extranei; & tam Episcopi, quam Diaconi, seu quilibet Clerici, in criminali, seu civili negotio, si derelicto Ecclesiastico iudicio & publicis sese purgare voluerint iudiciis, etiam si pro eis fit lata sententia, locum suum amittant, & hoc in criminali actione, civili vero perdat quod evicerit, si locum suum maluerit obtinere: Manifeste patet, quod non solum iuri, sed etiam voluntarii pacifici non possunt, ut secularia iudicia subeant, cum non fit beneficium hoc personale, cui renuntiare valeant, sed potius toti collegio Ecclesiastico fit publice indultum, cui privatorum pacto derogari non potest, Nec iuramentum licite ferri potest, quod contra canonica statuta illicitis passionibus informatur.

NOTA.

a (Pisano.) Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. c. 3. & in c. si diligenti, de prescript. ubi extat alia pars praesentis Decretalis, & integra reperitur in dicta tertia collectione. In praesenti alloquitur glossator, ut ex Odofredo, & alio refert Panciroli lib. 2. var. c. 79. Eius gesta narrat Ughellius tom. 3. ital. sacre, in Ecclesiae Pisanae, n. 84. & de ipsa Ecclesia nonnulla adduxi in c. 8. de tempor. ordin.
b (Pisano publico.) In publicum cap. ff. de pacis. l. 1. §. si convenierit 20. ff. de iur. iudic. l. ultim. ff. de iur. iudic. §. legi. reg. 27. ff. de regul. iur. quam regulam post Fabrum, Goshfredum, Giphanium, & Mathaeum in d. reg. 27. Exponit Faber de stud. 13. error. 1. Schifordes, lib. 1. tract. 13. Broucher. centur. 1. affert. 42. Hannius ad Tresult. volum. 1. dist. 6. q. 10. Carballo in cap. Raynarius, part. 2. n. 43. pro cuius regulae expositione sciendum est, ius publicum bifarie accipi; ad ratione materiae subiectae, ad quam refertur; ad ratione communis intentionis, qua ferri, ut omnibus subditis dicatur, quod potestas applicandum sit, cum res, sine controversia eventerit. Et in hoc postremo sensu, antequam ius singularis casibus incipit applicari, publicum, ad communem appellatur: in applicatione vero, cum iure, vel illi subditio dicitur in causa, qua energit; appellatur privatum, qua ob privatorem utilitatem latum est. Primum actionis testis est Ulpianus in l. 1. §. huius studii 20. ff. de iuris. iudic. ubi: Publicum ius est in Sacris, Sacerdotibus, & Magistratibus. Et paulo superius. Publicum ius est, quod ad statum rei Romanae spectat. Sacra ergo publica censentur, qua publice, five publica potestate consecrata sunt, l. in tantum 6. §. sacra, ff. de devis. rer. licet subditis fit distinctio inter sacras, & publicas res, l. sacra 9. §. iusta 1. §. ff. end. tit. quia laere res divinae iuris sunt, publica vero, ut singularum res, sunt iuris humani. Praeclarus textus in l. 1. in princ. ff. de interdicit. Hinc apud Antonium in Grypho, seu eph. 14. tripartita ius fluxit diviso.
Ius triplex, tabula quod ter sanctorum quaterque. Sacrum, privatum, populi commune quod asquam est. Sed frequentior est Jurisconsultus accipio, ut sacrum ius commune etiam appellatur, idem publicum. Petr. Greg. lib. 2. synag. c. 1. c. 2. & in methodo parva, lib. 2. c. 2. Vincent. Cabotius lib. 1. var. c. 1. Lelius Mancinus de triplici iuris callat. lib. 1. c. 1. Jacob Gutherus de veteri iure Pontif. lib. 1. c. 2. in princ. Donell. & Ouald. lib. 3. c. 5. Ratione materiae ius fiscale, item rerum publicarum, & communitatum, quae ad publicum spectant, publicum appellatur, l. bona civitatis 15. c. eum qui 16. l. iuris publici 17. de verb. signific. notant Cajac. l. 2. q. Papin. in l. ius publicum 38. de pacis. quo in senta Galganetis, Gaesius, & Sixtinus, & ceteri qui de regalibus scripserunt, ius publicum usurpant.
In secunda acceptione ius publicum frequentissime dicitur, videlicet ius illud, quo privati utantur publice, propositum in contractibus, negotiis, testamentis, & ceteris emergentibus ad quam acceptionem referenda est dicitur lex 38. qua docentur, ius publicum privatorum pactationibus non potest immutari, veluti si filia in recipienda dote cavet, nihil se ex paterna hereditate reportaturam, non privatae pacem, nec ab hereditate ideo remota censetur, qua non potuit conventio iuri publico derogare, l. ut, de iur. et legit. heredit. Post vero jam delatum repudiare, quod heredi nomen dabitur, l. si quis inter 13. l. si potest 18. ad acquirit. heredi, sic similitur, si antequam testator decedat, heres pactus fuerit de non detrahenda Falcidia, hoc pactum non foret efficax, l. quod de bonis 15. §. 1. ad leg. Falcid. Quod si iam ex lege sibi acquiritur a se abijcitur, a nemine prohiberetur, l. si sponserit 5. §. si quis rogatus, de donat. inter. Utroque exemplum a Papiniano est, quo regula eius approprietur explicatur. Ius commune, antequam singularis approprietur, accommodatur, applicatur, non potest immutari privatorum conventionibus: dicimus verbi Pragmaticam, non potest renuntiare; sed postquam appropriatum est privati, renuntiare potest, cuius valeat remissio, repudiatio, relinatio. Guajanus d. l. 2. q. 1. Papin. in d. l. 38. & l. 1. 27. obse. c. 36. h. Faber in iur. iust. lib. 1. tit. 5. Oualdus ad Donell. l. 2. c. 5. litt. A.
(c) Gratiano c. 11. §. 1. Sed in nullo ex canonibus Concilii Mileviti, reperuntur verba hic ab Innocentio, & ibi a Gratiano relata: extant tamen in Concil. Tolet. 3. can. 13. ubi legitur: "Diuturna indisciplinatio, & licentia in soluta praesumptio usque eo in illicitis iudicibus aditum patefecit, ut clerici clericos, relicto suo Pontifice, ad iudicia publica pertrahant: proinde statuitur, hoc de cetero non praesumi, sed si quis hoc facere praesumpserit, & causam perdant, & a comunione efficiantur extranei."
d (Carthagenensi.) Can. 15. relato mox placuit 43. q. 1. & in codice canonum Ecclesiae Atric. can. 15. ita legitur: "Item placuit, ut quisquis Episcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum, seu Clericorum, cum in Ecclesia ei fuerit crimen iniustum, vel civilis causa fuerit commota, si relicto Ecclesiastico iudicio publicis iudiciis purgari voluerit, etiam si pro ipso fuerit prolata sententia, locum suum amittat, & hoc in criminali actione; in civili vero perdat quod evicerit, si locum suum obtinere maluerit." Post hac verba adduntur illa: Cui etiam ad eligendos iudices, & c. Quae cum collector canonum essent, a librariis contextus inserta fuerunt, ut notavit Juhel, in d. can. 15. His ergo canonibus levitas, seu procacitas clericorum coercetur, qui spreto, & relicto iudicio Ecclesiastico, sagulari iudicio se committunt: in quorum comprobationem refert Sozomonus lib. 4. hist. Eccl. c. 24. Sophronium Pompejopolis Episcopum fuisse exhaecoratum, quia iudices exteros elegit.
e (Publici iudicium.) Idem iurisdictioni sagulari iudicia enim sagularia dicuntur publica, quatenus opponuntur Ecclesiasticis cognitionibus, ut notavit Bertrandus de iurisdictione, in viti. ta Martiani.
f (Toto collegio.) Beneficium in praesenti significat specialitatem fori, five privatum forum, quo gaudet Ecclesiasticum, proflus discreta a sagulari. Afferit Pontifex indultum esse publice toti clericorum collegio, quae verba approprietur Honorius III. in praerogato capite significaverunt 4. de iudic. in 5. compil. & Bonifacius VIII. in c. penult. de foro compet. in 6. iuxta litteram integrum Decretalis. Non tamen significat corpus aliquod ex pluribus personis constans, ut grex, municipium, & c. l. mortuus 22. de fidelit. l. verum missura 30. de acquirit. possess. l. proponebatur 77. de iudic. cum similibus, quae per se status congregationem, Graece vocantur. Qui per se status sufficiens est, & perfectus, cui sagularis status in spiritualibus, ut alibi notato latius, subest. Ergo ius commune a publicum pro toto Ecclesiastico statu. Hoc ius publice indultum, indultumque est: a quo? An a Crisito immediate? an a sacris canonibus, episcopalis Pontificum? an a permissa Pontificatum sagularium, agnolentium portione illam ex forte Domini esse, nec ad ditionem, ditionemque suam pertinere? Ut sit, quod alibi erit tractandum, compit specialitatem fori Ecclesiastici indultum esse permissis, five edictis: deinde Pontificum decretis, & Conciliarum sanctionibus.
g In aliud extremum declinavit D. Salgado 2. p. de rebus. Multar. c. 11. n. 15. existimans, docensque ex professo per multos numeros sequentes; exemptos non posse se submittere iurisdictioni diocesani, & nisi negotiorum eorum testor, videlicet me plura instrumenta censuaria, in quibus Praeati & Conventus se submittant iurisdictioni ordinarij Ecclesiasticae, cum renuntiatione propria, & iuramento procedente ad id superioris Provincialis auctoritate, ut ad obligationem principalem, contra que nunquam vidi opponi exceptionem nullitatis renuntiationis, aut submissionis. Nec aliter emptores censuum religiosi pretia traderent, qui proculdubio decipereut evascent renuntiatione, & submissione, ut considerat Iustinianus in d. l. si quis in conscribendo. Ut ergo de hac doctrina sapientis aliqui Senatoris censueamus, primo dicendum est, textum in hoc capite si diligenti, ad eam minime pertinere, quia loquitur de beneficio tota statui clericali per sacras constitutiones indulto, prout in se complectitur etiam statum religiosum, ut totum continet suas partes: & amplius loquitur de submissione foro sagulari, quod facere nulli licet Ecclesiastico. Et quamvis velimus dicere, posse applicari huic controverfiae textum in cap. significanti 18. de foro. compet. quatenus non concedit clerico prorogare alterius iudicis Ecclesiastici iurisdictionem sine sui Praelati contentia; sufficienter salvatur hic confensus ex licentia praestata per Praelatum provincialem, Priori, aut immediato Superiori, qui cum Conventu gerit contractum cum renuntiatione, & submissione. Nec potest dici, esse ipsum Pontificem superiorem, cuius interest plures habere subditos, hos autem esse, qui ab Ordinariis exempti sunt. Nihil enim de hac superioritate innotuit per prorogationem in hac, vel illa causa: eo maxime, quia exemptio non est primo intuitu concessa Sedis Apostolicae favore, cuius amplitudo vix quidquam per hanc subiectionem argumenti accipit, cui cuncta per mundum subiecta sunt, ut grex pastori, cap. cuncta per mundum 17. q. 3. c. antiquo 23. de privileg. cum similibus sed favore ipsius religiosi status ut quatuor Deo vacarent ipsi devoti, c. luminoso 6. 18. q. 2. docet Thom. Sanchez i. com. in precept. Decal. lib. 4. cap. 39. n. 37. Quamvis non negem, favore etiam Sedis Apostolicae in subiectione veritari magis quam odium Ordinarium, ut recte censet Erasmus Coker de iuris. in exemptos 3. p. quasi. ult. Licet ergo prorogare forum diocesani, & quicque se submittere iurisdictioni, iis qui exemptionem habent loco proprii beneficii.

6 Traditur ratio decreti.

7 Respondetur dist. colicantibus.